



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

De seruanda mentis & corporis integritate, Sermo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

stum iterum cum spiritali meditatione. Offeramus eum Patri caelesti in remissionem omnium peccatorum nostrorum, in suppletionem omnium negligentiarum, & in gratiarum actionem omnium beneficiorum nobis exhibitorum, vt sicut sanctus Simeon, mereamur in pace dormire & aeternaliter cum eo gaudere. Quod praestet nobis idem Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnat Deus, benedictus in seculorum secula, Amen.

IN FESTO SANCTAE AGATHAE VIRGINIS ac martyris sponsaeque Christi: Paraphrasim in Epistolam & Exegesin in Euangelium quare supra in festo D. Barbarae virginis & martyris.

SERMO IN EODEM FESTO.

De seruanda mentis & corporis integritate.

Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Matthaei XXV. Inter caetera Omnipotentis Dei miracula, non postremum obtinet locum dilectissimi, quod virgines quasdam non solum diuitijs, nobilitate generis, multisque alijs bonis vitae huius illustres, sed etiam aetate pariter ac sexu fragiles fecit pro sui amore primum quidem contemnere facultates omnes & quicquid in mundo habere potuissent, deinde etiam corpora sua tormentis omnibus summa cum alacritate exponere. Quis enim non obstupescat teterrimas & solo auditu horribiles tyrannorum carnificinas, promptissimis animis & iucundis vultibus subiisse puellas nobiles, nutritas in delicijs, quae ex ipsa sexus infirmitate penae ad omnem folij strepitum trepidare solent? Verum hic manifestam Dei virtutem agnoscimus & praedicamus, & quoad possumus benignissimi creatoris immensa pietati gratias agimus, quod ob sui nominis propagandam gloriam, suamque potentiam declarandam illustres ac tenerrimas virgines in tantum caelestis gratiae suae firmavit robore, vt nulla persequentium crudelitate potuerint a fidei catholicae integritate, a veritatis professione, ab unitate Ecclesiae, ab indiuidua electorum omnium charitate separari. Quarum certe preclarissimis exemplis nos vtilissimè institui mur, ne quicquam vnquam veritati, iustitiae, Ecclesiae unitati, fidei sinceritati, & Dei ac proximi charitati ita praepo namus, vt ab his nos abduci aut auelli patiamur. Ad hoc animat nos vel maxime virgines huius sacratissimae Agathae cuius hodie solennitate laetamur, inuicta constantia, quae Tyranni blandas promissiones iuxta ac terribiles comminationes derisit, malens Christo Iesu fortiter inhaerere etiam cum rerum omnium atque ipsius etiam florentissimae iuuentutis dispendio, quam vel summa cum felicitate praesentis vitae ab illo discedere. In qua nimirum admiranda virgine multa suppetunt, quae possint merito summe commendari, sed nos ex pluribus eius virtutibus integerrimam animi & corporis illius virginis integritatem, & virginis integritatem paucis ita suscipimus praedicandam, vt plurimos optemus ad tantae virtutis amorem ac studium prouocare. Esto impurissima Lutheranorum secta, homines mente & corpore corrupti & Epicuri potius quam

1. Tim. 6.
2. Tim. 3.

Sapient. 2.

Ioan. 15.

Matth. 9.

1. Cor. 5.

Philip. 4.

Virginitatem

cum Dei gra-

tia fore leti-

uatu possibi-

lem.

Marc. 15.

Luce 11.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

1. Cor. 7.

Virgines vt
omnem suā
in conditōe
conijciant
possibilitatē.

Virginitatem
etiam apud
Ethnicos fu-
isse possibilē
& voto fir-
matam.

Virginum
quorundam
constantia
quā in tor-
mentis hor-
ribilibus,

quam Christi sectatores nobis obganniant, cupiantq; omnes sui similes, id est, voluptatum mancipia efficere. Quorum neque exemplis, neque verbis quisquam debet commoueri. Nam quod aiunt virginitatem aut continentiam esse seruatu impossibilem, idq; confirmant verbis illis Sapientis: *Sicut, quod aliter non possem esse continens, nisi Deus det, nihil habet roboris. Quis enim nesciat, qui virginitatem seruant non suis viribus, sed Dei adiutorio id agere? Et vt nemo potest esse absque Dei ope continens, ita nec humilis, nec patiens, nec mitis, nec vlla omnino vera quis virtute potest esse præditus. Atque cum absque Deo nil possimus, num propterea consequens fit cuncta nobis esse impossibilia? Ipse Dominus ait. *Sine me nihil potestis facere*: sed idem rursus affirmat: *Quæ apud homines impossibilia sunt, possibilia sunt apud Deum*. Cuius simile est illud Apostoli: *Gratia Dei sum, id quod sum*. Item quæ illud: *Omnia possim in eo qui me confortat*. Non est igitur consequens virginitatem aut continentiam nobis esse impossibilem, eo quod absque Dei auxilio nobis impossibile sit aut imperfecta sit. Cui verò vnquam Deus virtutes negauit? Cui vnquam noluit ferre supplicia? quando etiam ipse præcipit vt oremus, *sestq; daturum pollicetur*? Ille ergo cuius egemus adiutorio, & petere nos iubet, & certissime promittit, quia veritas est, sese preces nostras exauditurum. Verba illius hæc sunt: *Amen dico vobis, qui quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*. Quibus igitur ea à Deo voluntas præstita est, vt velint permanere virgines, ij: teste Apostolo, beatiore sunt. *Qui enim cum vxore est, solutus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est, ac mente distractus obcuras multijuges. Qui sine vxore est, solutus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo sicquæ animo erga Deum collecto & vnito permanet*. Attamen nemo prædat se ex seipso aut habere aut seruare posse virginitatem vel continentiam: maximeq; caueant qui virgines sunt ne nitantur sibiipsis, ne sibi nimum tribuant virium, ne se iactitent, sed timeant semper & omnes peccandi vitent occasiones: denique cælestis gratiæ auxilium perpetuis sibi precibus concilient. Tum verò non dubitent, quin Deus sit opem laturus, si tamen pia cum fiducia & perseverantia perant. Ita nimirum sentient sibi possibile permanere virgines, aut continentes, vti id innumeris vtriusque sexus, & fuit, & est etiamnum possibile. Et quid hoc de Christianis commemorare attinet, quando etiam apud Ethnicos plures nouimus honestas matronas, diurnam continentiam, & plurimas virgines perpetuam carnis retinuisse integritatem, adeo vt ante Christum natum etiam extiterint multæ, quæ voto fuerint obstrictæ ad seruandam virginitatem, itemq; inclasæ? Quarum etiam erant immanissima si vorum demoni præstitam violassent supplicia & terribile mortis genus. Quæ tamē hoc loco exempla referre superfluum fuerit, quandoquidem eiusmodi vel continentia vel virginitas nullam neq; laudem, neq; gloriam, neq; coronam aut præmiū habet apud Deum, eo quod ob Dei nomen & gloriam in recta ac vera fide minimè seruata sit. Et abundè quidē cui libet sufficere possunt sacræ historiae Ecclesiæ catholice, vbi plurima proponuntur sanctæ virginitatis exempla, etiā in deterrimis ac diuissimis & nobilissimis puellis, quarū per plures suā Deo obtulerunt virginitatē, neq; vllis siue ignis, siue aquæ, siue eculei, siue gladij tormentis, cuius auulsiōe vberum, non totius corporis dissipatiōe, aut etiam denudatiōe,*

quæ ce-

que castis virginibus saepe molestior est quã alij cruciatu, non denique violentæ mortis acerbitate eo adduci potuerit, vt à virginitatis proposito discederent, & extra amantissimum sponsum suum Christum Iesum, cui se dediderant, vllum alium virum amoris aut voluptatis causa admitterent. Vsq; adeo fortis erat in eis Dei dilectio, imo ipsa morte fortior. Harũ exempla & res gestas, quarũ iam nomina scripta sunt in cælis, quæq; annuam in Ecclesia eamq; honorificam obtinere memoriam ob oculos versare debent, quibus est virginitatis studium, vt eas imitentur. Porro carnales & impuros hæreticos, voti fragos monachos & moniales sinant Lutherũ suum, eiusq; similes sectari: nec eorum dictis ostendantur quorum vita non est consona spiritui, neque Euangelio, aut verbo Dei, quãuis ore multa garriant de scripturis, & etiam literis quibuscũq; verbũ Dei suis gerant assumum manicis aut vestibus: At vita illorum non nisi carnalis libertas, erga sanctam Ecclesiam scripturæ sacræ interpretatio est. Sed illos modo prætermittimus, sentient propediem seuerum districtumq; Dei iudicium. Cæterum, hortamur & obsecramus omnes in Domino Iesu, qui virgines sunt, ne tantum thesaurũ, virginitatem loquor, adeo sibi patiantur vilescere, vt pro vilissima ac momentanea delectatione illum velint amittere. Si quibus alijs mũdo huic delectis non libet continenter viuere, sinant illos inire matrimonium, à quo vix anno absoluto se cupiant absolutos, vbi multa ferre habeant iurgia, vbi semper necesse sit timere pellicem aut adulterum, vbi longè maiora pluraq; experiantur fastidia, quã gaudia, vbi deniq; innumeras cogantur experiri calamitates, & curis angij perperuis. Virginitas sponsum habet immortalẽ, omnipotentem, nobilissimum, pulcherrimum, nunquam defecturum aut interiturum, cuius pulchritudo & amabilitas nunquam immiguitur, cum quo & ipsa manet immarcescibilis, & æternis perfruetur gaudijs. Spõsus iste nunquam senescit, nũquam discedit, nisi ipse prior derelinquatur. *Ipsẽ prior dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, & annulo fidei & charitatis despondit sibi, & mortem nostra causa perpeius est.* Absit igitur, vt qui virginitatẽ suã Domino dedicarunt, doleant si consanguineos, aut cognatos suos videant gemmis, auro & argẽto, præclarisq; monilibus ac ornamentis fulgere, imo luto & stercore obuolui, se verò mundo despectos viuere. Illi de terra sunt, & terrenam aucupantur gloriam, lutoq; sese ornant, deturpant prope dixerim: quod totum vanum & caducum est. Vos autem (virgines alloquor) meliorem partem elegistis, portio vestra neutiq; de terra est. Niteant illi in oculis hominum: vos potius curetis, vt in oculis Domini humilitate, castimonia, mansuetudine & diuina charitate fulgeatis. Hæ vestræ gemmæ, hæc vestra monilia & margaritæ sunt. Nihil vos per moueat, quod illos hic cernitis celebrare nuptias & iucundos dies ducere: neque eorum optetis similes effici. Non vos mœror contrahat, tanquam qui sine nuptijs, sine sponso vel spõsa, sine tripudio & gaudio sitis. Temporaria miserorum gaudia conspiciatis, sed quid obsecro D. Iob ait de illis, qui absq; Dei timore exultant? *Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Tu aut in bonis diebus suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Ecce hæc merces eorum, qui sine timore Dei lætantur. Quamuis autem nonnullos reperire liceat Deum timen-

Math. 5.
Cant. 8.

In votifragos
desertores
monasticæ
religionis
carnales.

Miserias
quantas ha-
beat coniu-
galitas an-
nexas.

Spõsum qua-
lem habet
virginitas
sancta.

. Ioan. 4.
Apoc. 1.

Virginitas
quam confes-
sione debeat
sui sponsi cõ-
templatiõẽ.
Luca 10.

Ornamenta
virgionũ qua-
nam sint.

Iob 15.

Virginitas
quali gaudij
corona in
caelo coro-
nabitur.

Virginitas
quæ minus
placet Deo.

Virginæ esse
vere quanta
sit dignitas.

Castè sese ge-
tere quid sit.

Virginatatem
tueri vt sit
martyrium
quoddam.
1. Cor. 10.

Virgines esse
Christi spon-
sas & regi-
nas.

Virginibus
quænam ca-
uenda.
Lucæ 16.

Nuptiæ secu-
lares quan-
tis sint my-
sterijs inne-
xæ.

tes, atque etiam in ipso coniugio multi fortassis degant, qui tamen in mo-
rem pecorum non totos sese in libidinem abijciant, sed metuant Domi-
num, eidemq; per amorem potius, quàm coniugi deuincti sint: ac nihilomi-
nus, qui virginatatem suam Domino dedicauerunt, ob carnis integritatem &
mundiciam præ illis qui in matrimonio vixerint singulari eaq; splendida
fulgebunt corona, non nisi virginibus præstanda: quod tamen de illis dictu
sit virginibus, qui virginatatem custodiunt ob honorem Dei, secumq; firmi-
ter statuunt perpetuo virgines permanere, propter Deum. Qui verò sic ma-
nent virgines, vt oportunitatem & felicem aliquam condicionem sibi ob-
tingere cupiant quo possint inire coniugium, nec fixum habent perseuera-
re in virginatate, ij etiam si moriantur virgines, non tamen habent virginu
coronam aureolam, eo quod ita decesserint ex hac vita, vt si eius grata se of-
ferret conditio, matrimonium contrahere voluerint, si manerent superflui-
tes. Cæterum qui vel in cœnobio vel extra cœnobium fixam habent volu-
tatem causa amoris Christi in virginatate perseuerandi, ij se probè se gerat,
cælestem etiam in terris agunt vitam: adeoq; angelica natura virginibus ve-
ris tam familiaris & amabilis est, vt fratres suis sororibus. Quod enim
angeli ex natura obtinent absque carne & sanguine, virgines ex Dei gratia
in carne possident: atq; eo ipso maior est victoria virginum, quàm angeloru.
Vnde etiã delectat angelos adesse virginibus, vt pote in quibus sibi gratissi-
mam inueniunt puritatē, etiam si id ipsi non sentiant modo tamen castè &
pudicè sese gerant. Castè autem sese gerunt, si nulli sensuum aut carnis volu-
ptati consentiant. Porro si quid in somnis aut vigilia inuitis eueniat, nihil
conscientiam aut animam lædit quandoquidem nihil inquinare eos potest,
nisi quod volentes siue agant, siue patiantur. Quicquid autem voluntati cō-
trarium est, non delectat id quidem, etiam si inuiti delectationem sentiant,
sed est animi crux quædam. Et reuera virginatatem probè tueri martyrii
genus est. Atq; ea re si ritè decertent virgines, vt iam diximus, habent coro-
nam aureolam instar martyrum. Siquidem hostem quendam inexpiabile
perpetuo circumferunt, puta carnem suam: quam si iuxta Pauli doctrinam
ita possint vincere ac mortificare vt secundum spiritum non secundum car-
nem viuant, magnam sanè consecuti sunt victoriã, digniq; sunt præ alijs nō
virginibus, coronã recipere singularē, eo quod multas superarint tentatio-
nes, sintq; sibi ipsis mortui propter Christum, sicut & Christus illorum cau-
sa mortuus est. Nimirum Christus ipse sponsus virginu virgines amat, ex-
pectatq; eos vt in suu & ipsoru regnū eos introducat. Cùm enim castæ animæ
sint sponsæ Christi, certū est etiã reginas eas esse, & consortes regni ac regie
dignitatis illius. Igitur curandū est virginibus, vt nullis sese cogitationib;
desiderijs, imaginationibus sædis carnaliu nuptiaru, oblectat: eorum aut
gaudioru cōmaculari sinant: sed certū habeant, qui hic modò etiã summis
videntur pollere honoribus, eos vbi in regnū suū ad sponsum suū venerint,
vix famuli loco se habituros. Non est enim vlla cælestium & terrenorum
comparatio. Quod altum est hominibus in mundo, vile est apud Deum: &
quod mundus despectui habet, Deo charius est. Temporales nuptiæ & gau-
dia plerumq; in tristes desinunt exitus: & licet initio magnam præ se ferant
iucunditatem, tamen paulò post multis permiscetur curis & angoribus, &
gaudia

IN FESTO S. MATTHIAE APOSTOLI.

229
Nuptiæ virgi-
num quæ
quàmquã sine
felices.
Esaie 16.
Apoc. 11.

gaudia vana vndiquaq; conquesta cito euanescent. Virginū autē nuptiæ, nō aut duos, aut sex vel octo dies, sed æternū durabunt, accipientiq; coronā immarcescibilem, gaudiū immortale, nuptias nunquā defururas, & castissimō diuinotq; cælestis sponsi amplexu sine vllō separationis metu perfruentur, Abstergetiq; Deus, vt ait scriptura, omnem lachrymam ab oculis eorū, nec dolor amplius erit siue cordis, siue corporis, neque luctus vllus: sed lætitiā sempiterna super capita eorum qua cuncta eorum explebuntur desideria, licet modo id comprehendere nequeant, dicente Esaia & Apostolo, quod oculi non viderunt, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Hæc pro sanctæ virginitatis laude diximus charissimi, vt qui ea præditi sunt, tantum donum omni studio & cura asseruare nitantur: qui vero eam in se non agnoscunt, congratulentur habentibus, vt quod in se nō habent, per charitatem possideant in alijs præstante Domino nostro IESU CHRISTO, qui est benedictus in secula.

Esaie 35.
Psalm 102.
Esaie 64.
1. Corin. 13.

IN FESTO S. MATTHIAE APOSTOLI LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM. Cap. I.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit. (Erat autem turba hominum simul ferè centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David, de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum qui connumeratus erat in nobis, & sortitus erat sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Hæcaldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiit inter nos Dominus IESVS, incipiens à baptismo Ioannis usque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Et orantes, dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostendo quem elegeris ex his duobus vnū, accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo prauaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

Psalm. 49.
Ioan. 10.
Matth. 27.

Psalm. 69.
Psalm. 108.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIIONEM.

Dominus noster Iesus Christus duodecim sibi Apostolos elegerat ex cunctis discipulis suis, non absq; grandi mysterio, sed quia vnus tantam gratiam contempserat, atque auaritiæ infamia correptus, beatissimo sanctorum Apostolorum collegio indignum se fecit, ne tamen propositum Domini, quo Apostolos duodenario voluit numero constare illius improbitate,